



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Cvræ Pastoralis Præcipve Circa Repentina & Generaliora

Possevino, Giovanni Battista Bernardino

Coloniæ Agrippinæ, 1645

Sexto. Excommunicantur falsarij litterarum Apostolicarum, aut supplicationum, à quocunq̃ue authoritatem habente signatarum, & falso fabricant̃es literas Apostolicas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42220

Et prohibita imponi exigunt.

Ligantur canone exigentes, ministri, famuli, conductor, & herus qui mandat ea exigi; etiam qui tanquam debira postulat. Suar. & Nau. ibi. de Graf. lib. 4. cap. 18. num. 83.

76. *Licentiam imponendi gabellas, quis det.* Ex speciali Sedis Apostolicæ licentia.

Princeps supremus, seu liber, sine ea licitè gabellas imponit, ut est dictum.

S E X T O.

Excommunicantur falsarij litterarum Apostolicarum, aut supplicationum, à quocunque auctoritatem habente signatarum, & falso fabricantes literas Apostolicas.

77. *Falsarij.* Sexta excommunicatio est contra falsarios litterarum Apostolicarum, siue litterarum sicut viui siue mortui.

78. *Falsificatio fit per se.* Falsificatio, ad inducendam hanc censuram, debet fieri per se. Suar. lib. 21. sect. 2. nu. 48. Falsificans verò per alium reus est censuræ, c. ad falsariorum, de crim. fals. sicut sunt fautor, & defensor, nemini reseruata.

79. *Falsarius quis.* Falsarius est, qui litteras mutat, ita ut non valentes faciat valere; vel valentes faciat magis valere, omnes. Siue hoc agat modis recensitis à cap. licet, de crim. fals. siue quibusuis alijs, vide ibi Ostiens. Ita ut falsificatio fiat siue in scriptura, siue in plumbo, vel in sigillo. Omnes.

80. *Falsificatio modica.* Falsificas litteram, vel punctum, quidam volunt te censura ligari. Caiet. excom. 26. sine, & citati à Say. ut infra.

81. *Falsarius litterarum Apostolicarum.* Litterarum Apostolicarum, id est, quæ expediuntur sub plumbo. *Omnes.*

Breuis, id est, quæ expediuntur sub annulo piscatoris. *Omnes.*

82. *Supplicationes.* Supplicationum gratiam, vel iustitiam concernentium signatarum per Romanum Pontificem, vel Vicecancellarium eius, seu per gerentes vices eorum, aut de mandato Papæ.

Falso signantes, &c. literas ut supra tam Papæ, quam Vicecancellarij, aut gerentium vices eorum. *Omnes.*

Alia pertinentia ad falsarios habentur c. *ad falsariorum de crim. falsi.*

S E P T I M O.

Excommunicatur deferens arma, & alia vsui bellico idonea ad Turcas, vel alios Christiani nominis inimicos, & ad Reipublica Christiana statum pertinentia iisdem in damnum Christianorum nuncians.

Sarracenos, Turcas, & Christiani nominis hostes.

83. *Hostes Christiani qui.* Hostes sunt.

84. *Schismatici.* Schismatici, si arma ferunt contra Papam.

Pagani. Pagan. Say. lib. 3. cap. 11. num. 14.

Iudæi. Iudæi. Say. num. 15.

Hæretici. Hæretici declarati nominatim per sectas, & etiam non declarati per sectas, sed solùm nominatim, Tol. c. 24 nu. 4. idem habet nu. 8.

Atheistæ. Atheistæ, id est, qui fidem Cathol. deserentes nulli sectæ adhærent. Say. *ibi.* nu. 16.

85. De